

VICTORIA,

Quam

Inuvante DEO Optimo Maximo

SERENISSIMI,

ET INVICTISSIMI

SIGISMUNDI III. Regis

Poloniae & Sueciae &c.

exercitus,

Duce Illustrissimo & fortissimo Iohanne

Carolo Chotkewicio

aduersus

Carolus Sudermanniae, Nerich, &

Vermelandiae Ducem,

Stratis & profligatis: maximis Copijs;

Rigaq; Secundâ obsidione solutâ,

Insignem & ad miraculum usq;

foelicem

Prope Kerckholmum 17 Septembris,

Anno 1605

obtinnerunt

Conscripta à Basilio Plinio. M. D.

RIGÆ Livonum Typis Nicolai Mollini.

DEO Optimo Maximo

Iustissimo Clementissimo

In gratum Votum:

SERENISSIMO ET INVICTISSI-

mo Sigismundo III. Regi Poloniae & Sueciae,

Domino suo clementissimo,

In devotam gratitudinem:

Illustrissimo & fortissimo Iohanni

Carolo Chotkevicio, ceterisque Com-

mlitonibus maxime strenuis nobi-

lissimisq; Polonis, Lithvanis,

& Livonis,

In debita laudem:

*Incolta Civitas Riga patria sua
charissima*

In jucundam memoriam admi-
randae liberationis,

Dicat & Consecrat

BASILIVS PLINIUS

Med. Doct.

P O E M A.

De Victoriâ maxime Insigni & memorabili
 adversus Carolum Suderman: Ducem
 Stratis & profligatis illius maximis copijs,
 Rigâq; secunda obsidione
 solutâ.



*H*actenus arcanis Natura evolueret fibris
 Artificis jucunda DEI miracula dextra
 Cura fuit, nostri curis non dissona Phœbi,
 Cura secunda, animi curarum dulce sepulchrum;
 Victricis nunc iusta DEI miracula dextra,
 Iustitia nunc arma canam, quibus hosticus urbi
 Aversus furor, & rapida violentia dextra;
 Urbi, quam charam Clementia dia sub umbris
 Alarum fouet & patrijs complectitur ulnis,
 Atq; tot infandis gaudet superesse periclis
 Incolumem, invictam, & florentem lumine verbi.

Ergo age Melpomene paulisper suspende seuerum,
 Quod de seminibus rerum primo orsa procella
 Appulsu confisa melos, & lata calorem
 Nunc mecum his intende modis: en præscia finem
 Mentis ab augurio tua concita nota sacrarunt:
 Stabit ab his etiam Riga inconcussa procellis,
 Ceu primis illaesa stetit, dextraq; l'Ehova
 Differet in seros miracula dia nepotes.

Auguror, extremo hic se fluctus franget hiatu,
Incausumq; fremens clara argumenta relinquet; 5
Consilij, quod mole sua ruat impetus, expers,
Quam, qua Iustitiâ caruerunt ausa fideq;
Fine suo careant, nunquam impunita ferantur.
Ista decem ante dies certa spe plena canebat,
Quæ rata cuncta vides, fugit hostis, & errita freta
Ausâ, jacent acres diffusa strage phalanges. (des
Illius hic iterum, ceu cum Sol quatuor annos
Ante diem nocti sociasset lancibus equam,
Classibus, & flammis fidens sese impetus audax
Fregit & in Rigam celeri quàm fulgure præceps
Allidit, parili subito collisus & in se
Absiliit, quem nox una intulit, abstulit & nox
Una, fugam incursum, numve incursum fuga velocæ
Vicerit ambiguum, certant infamiâ uterq;
Non aliter flumen, quod verno Sole solutis
Intamuit niuibus, & celsso monte uolutum
Per præceps ruat, obsistat si saxæus agger,
In sua cum strepitu refugum convitia rauca
Fertur, vorticibusq; suis sese implicitum angit.

Magne opifex mundi, rerum suprema potestas,
Sancte Deus, sancto qui numine cuncta gubernas,
Cuncta fones; cuius non enarrabile nomen
Flammiferi texta alta poli, & claustra infera regni
Lucifugum, & terra percussa elementa tremiscunt;
Quem

Quem violenta tremit rabies submissa ferarum,
Vis humana feris, quem longe immanior, horret:
Te regem, aut hortumq; suum Natura fatetur
Subdita; Regem, uno quò Iudice stantq;, caduntq;
Ausa hominum, seu bella ferant, seu gaudia pacis,
Seu stabilire uelint armis, seu perdere regna,
O opera admiranda tuà! ô fortissima tela
Iustitia! ô inuictam inuicto robore dextram!
Tu peccata quidem Iustâ Iustissimus irâ
Prosequeris, sed subjectis clementia præstas
Signa tamen patrij auxilij, patrijque fauoris.
Tu nostram extremis his tempestatibus urbem
Ereptam incolumi das vertice tangere cælum,
Speq; suâ majora, Et inexpectata referre
Gaudia, tu nimbos infesto fulmine Martis
Terrificos placida permutas lumine pacis.
Hæc tua magnifica monumenta illustria laudis,
Hæc miranda tui patrij argumenta fauoris
Aonijs celebrata modis, dum standere conor,
Et memori exemplo ad seros transferre nepotes,
Ipse faue, Et dignum verbis precor adde vigorem.
Tuq; adeo Arctoj spes inuictissima mundi,
Sis facilis, Sigsmunde, tui victricia Martis
Signa cano, tua Iustitia clementia votis
Subscribat, Deus ipse tuis dum partibus astat,
Dum conjuratis cælum tibi militat astris;

Ar-

Arctos si non oracula vana Sybilla
Iustitiâ ex victrice Dei, dum proficis, hostem
Conteris, euentum victoria tertia laudat,
Ter defensa tuis fidissima Riga triumphis
Applaudit, ter se jactat te Rege beatum.

Anno 1582.
Pax inter Po-
lonos & Mo-
schos inita.

Inuicti Regis Stephani quum fortibus armis
Cesserat edomitus Moschi furor, crata diris
Cladibus, inq; nouum reuocata Livonia florem
Enituit; Pacis valido circum undiq; fidens
Fœdere in antiquum paucis labentibus annis
Surrexit decus, ut nusquam sua uulnera, nullis
Vasta cicatricum vestigia nosceret umbris.
Iam tuta omnia erant; jam fertilis omnia frugum
Copia inundabat, superat spe maior auarâ
Prouentus rerum omnigenum, proferre nec ultra,
In crementa sui tanta hæc quò posset, habebat;
Iam ne non posset capere, & se ferre timebat;
Cum subito muidie stimulis crudelis ab Orco
Excita civilis belli horrida semina Enyo
Spargit, & Arctois tempestatem arcibus atram
Impingit, rumpit leges, cognata reuellit
Fœdera, Iuratum fidei proculcat honorem.

Anno 1599.
1600.
1601.
29, Augusti.

Protinus hinc contra Sigismundum turbida regem
Carolus arma mouet; securra Liuonica raptat
Oppida, rura, arces; Rigamq; inopinus ad urbem
Nocte ruit, sed nocte fugit, sua castra relinquit

Ter-

Territus aduentu Regis, secumq; minaces
 Committit ventis fremitus: Zamoscius acer
 Eripit obsessas arces, atq; oppida capta
 Restituit: Iustis toties victoria signis
 Certa fauet, toties tamen iniusta integrat arma
 Hostis, & acceptis tot cladibus acrior instat.
 Non illum obnixum mouit furialibus ausis
 Sanguine tot pingues campos feruere suorum,
 Quos Vendum, quos Volmarium, quos forte Felinū,
 Quos Kakenhusum prospectat de rupibus altis;
 Non infanda Liuoniaca fortuna repressit
 Plebis, ab auspicijs armorum inflicta suorum;
 Dum numerumq; fidemq; super tot millia sternit
 Sana fames, sternunt dira contagia pestis,
 Sternit acerba gelu rigidi inclementia cali.
 Crediderim tantis Stygij mollita tyranni
 Pectora congemuisse malis; tanq; furoris
 Inuidiam haud potuisse pati, obriguisse pudore
 Thesiphonem, victasq; suas doluisse Cerasias.
 Exprobat ipsa trucem sibi formidabilis Arctos
 Duritiam, inq; suis se detestatur alumnis.
 Incubat exidio tamen haud minus ille Livonum,
 Et quia nil superat terris quod vastet, iniquis
 Interea ipsa latrocinijs maria omnia turbat,
 Extera discerpit commercia, quoq; nocere
 Ingenio, quāq; arte potest impendere pergit.

noctu hora 2.
 Rigam inva-
 dere cona-
 tur Carolus.
 17. Septemb.
 castra relin-
 quit fugit in
 naves.

Plus quam
 septem insig-
 nibus maxi-
 me cladibus,
 diversis tem-
 poribus ac-
 ceptis nondū
 quiescit,

Nes-

- 22 Nescit enim metam, innocuaq; insensa quieti
 22 Vis injusta, semel postquam rationis habenas
 22 Fregit in abruptum fertur, subsistere nescit.

At vero oppositus rabidis conatibus umbo
 Riga obstat, Rigam ergo animo, Rigam omnibus ar-
 Consilijs tandem eruere; illam quatuor annos (det
 Iam uorat infestis odijs; illam omnibus urget
 Insidijs, Vulcani atras illi asperat artes.
 Sulphuris & nitri quantum juga Succica promunt
 Destinat; ut flammis perdat, quam nesciat armis
 Vincere: fulmineo reboantia mille fragore
 Omnibus exhaustis aris tormenta fodinis
 Denouet: igniuomos immensis molibus orbis
 Conglomerat, quibus Enceladi fornacibus Athna
 Vasta minus furor eructat, neq; noxia tantum,
 Tamq; volumina flammaram impetiosa frementum
 Proruit; Arctoa quibus ira modestior Hecla.
 Nec minus emissis procerum trans aquora primis
 Teutonicis turmas equitum conscribit in oris,
 Germanasq; omni peditum legit urbe cohortes,
 Et Scotos, Succosq; suos in mœnia Riga
 Armat, & immensis animos accendit auaros
 Promissis, justiq; odij sub crimine causas
 Insuscat, certosq; audet spondere triumphos.
 Feruida Næmci lustrabat terga Leonis
 Phœbus, & extremo incessabat Syrius astu

Anno 1605
 1. August.
 Comes Mans-
 feldensis Ioa-

Aera

*Aëra, cùm plenis Duna subit ostia velis
 Classis, & armato fulgentes milite cymba
 Innumera hostilis præportant signa furoris:
 Agmine condense in ripam grassantur utramq;
 Nec mora, Præfectus Comitum de sanguine claro
 Qui sua Mansfeldo diducunt nomina, turmas
 Exponit, structaq; acie comparuit urbi.
 Sed simul atq; canis juga wallorum acrius antris
 Detonaere, fugit; latebras, quas proxima prabet
 Sylva subit: mittit præconem, poscat ut urbis
 Deditioem; at dum nullo temerarius urget
 Præmissis in vallum signo, insidiasq; parare
 Creditur, hoc errore globi ictus fulmine calcem
 Cessit: continuo hinc Gerdrutis sacra fauillis
 Perdita tecta ruunt, conflagrante proxima passim
 Prædia ventorum labor & texta alta molarum.
 Hic paucis equitum emissis pedatumq; cateruis
 Sæpe læcescitus profatâ parte suorum,
 Post aliquot collecta dies sua cecidit ab urbe
 Agmina, & aduersam in ripam in Curlandica trans-
 Rura; armenta rapit, circumq; incendia latè (fert
 In templa, inq; casas, Cererisq; innoxia dona
 Promouet, exhaurit villas, & prædia vastat.
 Dumq; redivit dives spolijs, prædisq; superbus,
 Atq; istis, quibus, ô Germano sanguine dignis,
 Et Turci, & Moschi exsuperat virtutibus ausa;*

ehimi Frid-
 rich: 35 navi-
 bus & pluri-
 mistiremi-
 bus Dunæ
 ostium occu-
 pat:

3. Augusti

5 Augusti

18 Augusti

Misso alio Præcone iterum sibi dedit urbem
Postulat, at vallum intrepido responsa fragore
Obsignat, reboant fossarum concaua, nondum. (tant.
Nunquam iterant turres, nunquam tecta alta resul-

16 Augusti

Ne tamen interea quicquam intermitat inausum;
Coguntur qui clam tenent arreperere uallo,
Tormentumq; atrox, Itali dixere Petardam
Affigant portis, quo disturbata fatiscant
Clausuraq; ferreaq; internulsa repagula ruptis
Cardinibus subito vacuas rapiantur in auras.
Sed caret euentu tantus furor, improba fallit
Authores spes deprensos, Et acerba reponit
Vincula, cura sagax portas, Et mœnia seruat.
Nocte etiam mediâ, nebulaq; fauentibus umbris
Armatam ag greditur cymbis que publica Duna
Proxima prasidio defendit flumina nauim,
Sed patuit dolus, Et tonitru depulsus abeno
In mare proripitur rapidis comitantibus undis.
Sic ubi Delphinû, quando simulauit in algâ (excors
Aut somnum, aut morbum recubans, circumstrepit
Turba apuarum, audetq; vagis incessere caudis;
Tum simul ac pinnis ille excitus horruit atris,
Terrificosq; feris fremitus e naribus efflat,
Diffugit illa, nigriq; petit vada tuta profundi.
Pluribus id tentat vicibus, sed inanibus ausis
Excidit, Et tristi damnat sua vota pudore.

Ergo

18 Augusti
Dunamundæ
obsidionem
molitur Mâs-
feldensis.

Ergo aliò stat consilium, viresq; referre
Militia: Dunemundam an forte ferocibus arcem
Expugnare minis possit: loca proxima circum
Explorat, ducit fossas, atq; aggere vasto,
Vallisbus, erecto metatur castra, propinquis,
Et tormentorum muros quater ictibus istat;
Molibus aggestis ramorum elidere fossas,
Moliri incursum, fossisq; internere vallum.
Quin etiam in victa claves sibi postulat arcis
Transcribi: Verum his respondens vocibus usus
Præfectus, claro genere, ingenioq; Bialzar:
Ite age, & Duna quamprimum vasta fluentia
Hauritibus assiduis tandem expleuistis, id ipsum
Pescite, & an vobis possit Dunamunda negari,
Deniq; consilij mecum sententia stabit;
Et tormentorum ex uallis, & turribus altis
Vastifragos trepida in castra ictibus ictus
Ingeminat, cogitq; retrò submota referre.

Hinc Mansfeldensi dubia sententia mentis
Nutat, dum cunctis conatibus irrita cernit
Vota rari: Nihil interea hinc stat uelle mouere;
Ipse expectatis donec maioribus adsit
Carolus auxilijs; quem nuntia fama ferebat
Calmario innumeras portu soluisse carinas,
Iam tegere omne fretum velis, lassare gementes
Æolidas, Riga bustum apportare tremendum

2 Septemb.
de Caroli ad-
ventu, fama.

*Cynthia jam pleno reparati luminis orbe
Explicitam fratri properabat reddere frontem,
Millibus arctantur cum classibus ostia Duna,
Continuo in ripam strictis exercitus armis
Emicat hic; illac Duce Linderfone cohortes
Terram alia approperant, colles & proxima circum
Diffusa inuoluunt ferrato jugera nimbo.
Carolus hic totis jam tandem viribus urbis
Excidium ag greditur Riga, lustratq; coronam,*

13 Septemb.
hora 4.
14 Septemb.

*Et prope undenis circumdat moenia castris.
Ipse tenet medius partem, qua vergit in Arctum;
Hac Mansfeldensis; Dux Lunaburgicus illac
Dispositas seruant metas; caua tympana frendent,
Classicaq; lituiq; sonant, nemora omnia feruent,
Atq; in castra cadunt; totis discurretur agris,
Raptatur, trahiturq; suburbia diruta flammis
Quae superant in vallorum munimina cedunt.
Quin uero ingentes colles, vallesq; patentes
Diuidit immensa fossarum ambage latentum;
Et labyrinthicis urbem infestare cuniculis
Molitur; formidatos superare Tonanti
Certat Aolidas; tanto juga vasta labore
Continuat, tantis tellurem euiscerat ausis.
Iamq; cometarum ritu, astrorumq; cadentium
Brontigena capere pila per inane volantes
Flammaram a tergo erinitos ducere tractus,*

Sed

Sed veritas temerare urbem fossa expiat undis.

*Segnius haud contra tamen imperterrita Marti
Riga intenta suo: pugnacibus aspera pilis
Vallorum dorsa alta rigent; vexilla serenum
Applaudunt fidei crispatis fluctibus omen:
Ordine dispositus per propugnacula cinis
Excubat, expromptaq; manu pro parte gerit rem
Quisq; sua, tubulis ferratis grando globorum
Creber in aduersos desauit plumbeus hostes;
Noctes atq; dies circum vallum omne resultans
Fulminat, & nunc hos, uolucris nunc deiecit illos
Orbe ruens, equitesq; & equos in voluit arenis.
Nec minus ad pugnam portis animosa Inuentus
Militibus comes ire in equis, defendere telis
Mœnia contendit patria, nec Marte sinistro
Victor in ingentes hostis persæpe cateruas
Irruit, obtundit, sternit, jam lata subactis
Captiuis vix sufficiunt ergastula Sæcis.*

*Atq; hæc diuersâ interea flum parte geruntur,
Nuntia pernici per Sæcica castra vagatur
Fama gradu; armatas propius mouisse cateruas
Leschiadum, Chotkwicida felicibus urbi
Subsidio auspicijs properare, indicere pugnam.
His super attonitus glaciato Carolus hæret
Corde, nec in certas animum diducere partes,
Nec differre ualet, quin prono prornat audax*

16 Septemb.

Vesper.
Carolus ob-
uiam parat
ire Polonis.

Pondere consilium hoc; ire obuiam, & omnibus ar-
Obterere incautos, nec opino extinguere casu: (mis
Turbida jam titulum signare crepuscula noctis
Incipiunt, iubet ille tubis sparsa undiq; signa
Cogere, lustrare, & tentoria tollere, captum
Rumpere opus: Iamq; equatis utring; tenebris
Nox validissima erat, castra, & projecta relinquit
Ferramenta, rapit turmas, peditumq; cateruas
Pracipitans secum, quò turbo ignobilis ira
Impulit, innocuiq; sitis male sana cruoris.

propè
Kerckholmú
confidit
Chotkovvi-
cius
16 Septemb.

Est in in conspectu Riga celeberrima quandam
Primis Teutonice virtutis clara trophæis
Insula, quam liquidis complexus Duna lacertis
Longo auro victi veneratur rudera templi,
Ante Liouniacis, quod, nullum vidit in oris.
Indigena: Hanc juxta surrectis turribus olim
Quà ripa in collem radijs assurgit Eois.
Arx stabat, nunc Saxorum vestigia signat.
Diruta congeries. His, quà sub valle patente
Planicies diffusa sinu procurrat in Austrum,
Castra prior Chotkwiciades pracincta locarat,
Inq; armis hostem expectat, cuneosq; micantes
Explicat, ultricesq; vigil locat ordine turmas.

Nondum cuncta polo fugientia Lucifer astra
Impulerat, cum Duna pater concussa fragore
Riparum con vexa stupet, strepitusq; virorum,

Hic.

Hinnitusq; aduentantum cognoscit equorum:
Territus è vitreis dubium caput exserit antris;
Uiq; videt latè armatas contendere turmas,
Deuexâ ceruice ad aquas, projecta remittit
Brachia, canitiem turbatâ fronte volutat,
Hasq; indignanti prorumpit pectore uoces.

Ergo me nullo bellorum sine beatum

Hinc fore stat fixum fatis? me ex omnibus unum
Delectum, in victas in quo Rhamnusia vires
Exacuat, firmetq; suas; sua constet ut orbi
Invictam, asperitas, quâ se ipsam vincere possit.
Non satis alterno toties torrente cruoris
Hac submota vada aquoreas turbasse rubenti
Limite aquas? nondum satis instratum osibus aluc.
Albere, & metam antiqui ignorare profundi? (um
Crudelis nihil est Moschi feralis Erynnis
Tot sacris infecta mihi? nihil arma tot olim
Ciuita? quando adeo prasens infanda renatis
Viribus usq; nouis belli Hydrâ furoribus instet;
Perdere dum sua membra paret, tot perdita surgat
Cladibus, atq; sui cladem sibi clade perennet?
Quo ruitis miseri? qua tanta licentia ferri?
Quis furor euerso tellurem imponere cælo,
Solis in accessum demergere lumen Auerno?
Ante reluctatis patrias obnixa paludes
Gurgitibus nostra unda petet; prius effera ponti
Obici-

- Obicibus ruptis premet hos insania montes;
 Quam nos speratos hoc bello auferre triumphos
 >> Possitis. Mars injustis qui nititur armis,
 >> Aduersas acies inuicto robore fulcit,
 >> Omnia dat, dum iusta negat; dum deprimit, effert.

Ecclypsis
 Lunæ eadem
 fere hora qua
 aciem instue-
 re hostis coe-
 pit.

En Lunam aspiciate, ut scelus auersata nefandum
 Erubuit! furus ut tenebrarum horrore micantes
 Inuoluit confusa genas! lugubribus omen.
 Auspicijs, cœli reuerentia si qua, timete.
 At videone etiam Germana signa cohortis?
 O cœcum errorem! ð perversi pectoris ausa!
 Hic sedem primi fixere illustribus armis
 Germani; fato postquam hæc tetigere carinis
 Ignoti loca vasta soli; hic fera pectora gentis
 Notitiâ impleuere DEI, cultuq; decoro:
 Hic primo latites in sacri arcana Lauacri
 Enitueret mei: hæc riparum florida Tempe,
 Hi colles primo sonuerunt nomine CHRISTI.
 Huc nos Germana uenistis perdere gentis
 Reliquias, Germani? hæc spem prosternere Riga,
 Riga que misero mihi nunc Lux unica restat,
 Gloria Christiadam, Germana nobilis agger
 Virtutis contra fera Barbaria assita regna;
 Arctoi futura poli, Pharos inclytæ Lucis
 Vinificæ; radix orbis generosa Liwoni.
 At meliora DEVS dilecta deuouet urbi:

Fallor? an ipsa quibus jam feruida permeat astra
Votorum radijs vada concaluere profunda!

Abijcite arma citi, & dextras submitтите paci;

Aut si bellandi sedet obfirmata cupido

Pergite, & aternis hinc uestris discite damnis

Quam pugnare graue, & quam sit spes vana trium-

phus
Iustus in aduersis Deus est si partibus ultor.

Dixerat; & rutili repetit penetrabile profundi:

Circulorum in faciem sinuatis fluctibus unda

Institia latum victricis comprobat omen.

Ecce autem obstipo tanten haud minus agmina

Instigans agit in fatalem Carolus horam.

Nimirum iniustus caeco ruit impetus ausu,

Supplicijq; moram, quod serum creditur instans

Lucro habet, imponit vadimonia lenta futuro.

Ergo altum exsuperans collem locat ordine turmas,

Et peditum latis dextrum, latisq; sinistram

Pratexit cuneis, intendit fulmina abena.

Iamq; latent tecta horrifici fastigia collis;

Imbris & telis sic nubila foeta coruscis

Inuoluunt furuis terroribus Appenninum.

Mors super atra uolat Stygijs emissa latebris,

Et nunc palenti hos, nunc illos afflat biatu;

Iam funestiarum in miseros pensum omne sororum

Scinditur; assultant Furia astridentibus Hydris.

Stat valle aduersis etiamnum cuspide sicca

Carolus Col-
lem Vbi ark
olim Kerck-
holmum oc-
cupat sum-
mo mane.

C

Mars

Mars minitans, animos & fortia pectora flammis
Leschiadum iusta succendit proximus ira.
Illis ferratos ultra thoracis anbeli
Efferaent animi, obsistunt fulgetra serenis
Crebra oculis, galea exultant horrore comarum:
Fulmineis tubulis, capulisq, hastisq, paratas
Atterit ira manus; quin & flammantur in hostem
Cornipedes, morsu ora sonant, niueo ardua nimbo
Colla flaunt, tolluntq, armos equitemq, fatigant,
Stare adeo miserum; crura irrequieta morantem
Incursum cita per vestigia mille frequentant.
At Chokwiciades, cui fronte seuera modesti,
Augustiq, hilaris majestas pectoris aqua
Temperie allucet: qua non elata secundis,
Nec jacet aduersis; Seruat confine timoris
Audacisq, astus; festino obit agmina curso
Vectus equo, quo non rapidis volat ocyor alis
Pegasus; Aurora cui cedat nuntius Albon.
Qualis cura animo vectori fulminis acri
Aestuatur, in primas quando instigare rapinas
Nisus natorum satagit, super arduus alis
Increpat, & circum subiens modo conducet orbem
Arctare, effuso modo praeuius impete fertur,
Inuitatq, sequi, audacesq, modo obuius urget.
Sollicitam sic in partes mentem expedit omnes,
Et regit, & firmat dictisq, hortatur amicis.

Nunc animis opus, & socij, nunc pectore firmo,
Vincimur ut quantum numero, tantum excita virtus

Acrius exsuperet, nunc promptius incitet arma
Laudis amor, qua vera suo discrimine crescit:

23 Ex facili vulgare decus: Quod pravius horror

23 Erigit, & dubijs per magna pericula fatis

23 Dispensat, claro geminat splendore triumphos.

Et nostris Sperate, Deus cognatibus olim
Qui favit, Deus ille, Deus, Deus his quoque, praesto

Nunc erit, atque istos cuneos, atque agmina densa
Disturbata dabit meliori per via cause.

Continuo, clamorque virum, clangorque tubarum
Insequitur; caelum hinnitus pertentat equorum.

Interea jam Dux Fridericus trans vada Duna
Incensus patriae, et fidei, & virtutis amore,

Quo se Teutonicis jam dudum Heroibus aequat,

Opportunus adest, atque instructa agmina jungit.

Tum vero tormenta quibus fiducia prima
Succus in aduersos ex alto detonat, & mox

Turma ruit subter, primisque excursibus usa

Exsinuat, retrahitque gradus, hastisque lacescit

Protensis, qui non jam ultra cunctantur, acutis,

Obuia cuspidibus sed jactant tela, Polonos.

Iamque in transversos Dombrouius impete recto

Agmen agit primus, cuneosque, & ferrea rumpit

Spicula: venantium non tanto Hyrcana phalanges

Copie Chotkovitcij
3000

Caroli autem
supra 12000

Dux Curlandiae
300 equitibus sub-
sidio venit
Polonia.

Fulmine precipitat, rabidisq; ad humū unguibus ur-
Tygris, ubi indomitis sua pignor vindicat iris: (get
Illum subsequitur diuerso Lascius acer
Limite; Parte aliā Curonun Reccius infert
Subsidio turmas: illa pernicibus alis
Peruadunt toties, iterumq;, iterumq;, reflexis
Disjiciunt rabiem hostis equis; ceu turbine torto
Circius exangues stipulas jeiunaaq; succo
Raptat agens folia, & flauas prostermit aristas.
Iam totis acies connixa viribus instant;
Fulgura fulguribusq;, hastisq;, retunditur hasta;
Ense minax ensis, pede pes, densusq; viro vir.
Incitata tum rabies & vita prodiga virtus
Acrius emisere animos, iactata cruorem
Tela pluunt, galeaq; ruunt, concussa fragore
Terra fremit late: Non tanta, furentibus Austris,
Cum mare diripitur, vapulanti littora plangunt:
Nec fragor Hercinie tantus, cum Iuppiter omni
Arce tonat, streperdaq; horrentem grandine nimbum
Proruit, antrorumq; graui caua verberat imbre.
Pulueris & fumi alternatis nabilia cœlum
Turbinibus rapiunt, reteguntq; ; frementibus aër
Glandibus arctatus non sufficit, obuia perdit
Vulnera; corporibus jam terra cadentibus ultra
Non satis: occumbunt hæc cœco Marte perempti
Ductores primi Suecorum; hæc clarus equestri

Laude olim Linderson, dum meliora secutus
 Castra, foret patria clypeus jacet, occidit illic
 Lunaburgiatus vernanti in flore Iuventa.
 At Mansfeldensis uersis petit auia turmis
 Degeneremq; fugam trepidis malè fortis habenis
 Precipitat; lato insurgunt clamore Polonorum
 Ardentes turma, lassos geminata lacertos
 Vis cillat, atq; nouis in cadem exasperat iris.
 Qualiter exultant flammis crepitantibus ignes
 Ardentem in siluam fremitus animantibus Euris,
 In cinerem umbra ruit, rapidis virgulta fauillis
 Hastas solum late retegunt quã luce debescunt.
 Sanguine sic rorante coruscat acinace, Et hostis
 Colla ferit, galeas diffindit, dissipat hastas
 Leschiadum indefessa manus: jam cuncta cruore
 Fumant, atq; uno constrata cadauere pallent
 Iugera, quàm late prospectus tendit ab ipso
 Colle, modo infestis qui horrebat nubilus armis.
 O rerum, fatiq; vices! qui immanibus iris,
 Fulminibusq; atris fidens, Et mille cateruis
 Diris implebat nostrum terroribus orbem,
 Territus ipse fugit, virgultaq; cuncta tremisset;
 Iamq; timet sua castra, quibus sex ante timendus
 Horarum spatia arcta fuit; qui mente profundã
 Hauserat urbis opes, jam vita incertus oberrat:
 Nam Chotkwiciades fugientem ultricibus urget

Spatio duarũ
 horarum su-
 pra 8903
 Suecorũ cr-
 si, Tot enim
 post aliquot
 dies a Rigen-
 sum subditis
 sepulti.

Chotkvvici9
Vexilla retu-
lit 56
9 Tormenta
aenea,

A tergo assultans turmis; desertaq; castra
Occupat, creptis signis, spolijsq; receptis
Conserit, armentis, gregibusq; & curribus explet.
Tum vero hinc illac absentem ad fluminis Aa
Persequitur ripam; simul hac mittuntur ab urbe
Turma equitum, peditumq; manus, tormentaq; ahe-
Ut fuga quos cunctis trepidos disparserat agris (na
Excipiant, properentq; citis prohibere phaselis;
Et classem, cui jam velorum arrexerat alas
Ventorumq; timor, modo quos terrebat atroci
Flammaram aduersos fremitu, obliquante secundo-
Afflatu auxilium emendicat, faucibus imis (rum
Herentem Duna exturbent, aut gurgite mergant
Sed timidis Damis, Cernuq; fugacior hostis
Praeuinit, atq; globi jactum se proripit extra;
Utq; quibus gemina est undis, terrisq; fruendi
Natura, incursum conterrita monstra virorum
Profiliunt in aquas, in aquis sua summa salutis
Praesidia, audacisq; fuga venerantur asylon.
Sic ruit in naues, spolijs quas falsus onustas
Hinc modo sperabat, vita ingrataq; saluti
Soluuit, paenarumq; sibi formidine paenas
Fœnorat, exitijq; fugâ sua tormina acerbat.
Discite mortales reuereri iusta lehoua
Iudicia, iniustis diffidere, discite, causis;
Sera quidem, tanto grauior manet ira scelestos.

*At tu, quem tantis meritis Pollentia caelo
 Euehit, & rarâ circumdat tempora lauru.
 O Chotkwiciada salue; quem numine tanto
 Impletum DEVS extremo succurrere saeclo
 Elegit, dignum, sua quo miracula firmet.
 Posteritas te sera canet, te Riga loquetur,
 Donec in Oceanum liquido fluet agmine Duna.
 Te vero felicem urbem si dixero Riga
 Fer precor, & cunctas hinc obliuiscere clades.
 Atq; bis te dignam tum demum crede, triumphis,
 Si minime dignam reputaueris, hincq; mereri
 Assuescas, Parere DEO, justisq; Placere
 Consilijs, dum contendas, & sanguine digna
 Pectora Germano candoris aperta modestis
 Conserues, studijsq; tibi concordibus adsis.
 Sic tua perpetuis pax aurea tuta coronis
 Mœnia circumdet, sic iusto chara lehoua
 Arctoi superes decus & Constantia mundi:
 Quam metuant post hac rabidi infestare tyranni.*



EPIGRAMMA

ad

Deum ter Optimum Maximum.

Vstus, jo, Deus injusti vindicta furoris
Regnat adhuc, justis dextera justa fauet.
Iustus, ab æterno justæ Deus omnibus iræ
Temporibus nostro tempore justus adhuc;
Iustus jo, injusti victor signa effera Martis
Per nostros latè diruta strauit agros; (naci
Mordet humum en morsu injustus, qui nostra mi-
Hostis acerbabat mœnia, mordet humum.
Iuste Deus, tua judicia hæc justissima laudo,
Hæc sunt Iustitiæ clara trophœa tuæ.
Ite hastis, & fulminibus confidite ahenis,
Nobiscum fortis dextera justa Dei.
Virtus nostra Deus, Deus est victoria nostra,
O tutum justo fidere posse D E O !

Ad Serenissimum & invictissimum

R Sigismundum III. Poloniæ
& Sueciæ: Regem.
*Ex invictæ, tuis victoria septima turmis
Parta, Livoniaci spes animosa soli;
Hostis ut assuescat nihil hinc rabida arma timere,
Funere sed mersum tollere ad astra caput.*

Sic

Sic porro nostra fauceas Sigsmunde saluti,
Sic radiet justis cura paterna tonis,
Ceu fauet aternus Rex vestris fortibus armis,
Agmina dum justâ perfida clade premit:
Et qua tam miseris deleta Livonia fatis,
Exitij poterit non meminisse sui;
Quin cecidisse junet, tam claro fortiter ortu
Surgere, tam justis, cui datur auspicijs.
Mortalis cadere est sua per fastigia labis,
Divina ex nihilo surgere laudis opus.

Ad Illustrissimum Carolum

Chotkovvicium.



Men erat: SEMPER VICTOR CHOTKVVICIVS
Ominis exulta luce Thalia tui. (ESTO
En iterum victor nostræ CHOTKVVICIVS urbis
Tristia depellit nubila fronte sua.
In plausus venit gemitus, in gaudia curas,
Torua serenato mœnia honore replet.
Qualis in imbelles capreas Aquilæ imperus urget,
Irruit, extinguit tundit, ad astra rapit.
Talis in armatas, obfirmatasq; catervas
Fertur, & invictâ proterit arma manu.
Marte tuo injusto placeas tibi Græcia mendax,
Mars CHOTKVVICIADES justior hic mihi sit.

D

Hic

Hic coeli invidiam nostræ Telluris amore
Ampliet, ut coeli hîc regna quieta locet.

Ad Illustrissimum Ducem Curlan-
diæ & Semegalliæ.



E patria te Iustus amor justissime princeps
Armat in iniqui perfida tela Ducis;
Maior hoc forti regnat sub pectore virtus,
Quo minor attrito cladibus orbe cohors. (no,
Macte fide atq; animo hoc Germano sanguine dig-
Germani hîc superes sanguinis almus apex.

In Comminationem Hosti fugatô.

O Vomicae Sueci, & Germani sanguinis atræ,
Perniciem in vestram dira venena alitis
Injusta innocuis dum civibus arma paratis
Vindictis induitis spicula visceribus,
Sic est: Consilij, fideiq; expertia bella
Mole suâ sidunt in sua supplicia.



ODA

Pro impetranda Pace & destruendis
hostis conatibus.

NOBILISSIMO ATQUE AMPLIS-

simo viro Dño. Casparo vom Höffe / Consuli

& Prasidi districtus Rigenstum dignissimi
mo dedicata 9 Augusti.



IOVA, qui iusta regis æquitate

Orbis effrenes fremitus & acri

Fulmine ardentis populos rebelles

Disijcis iræ.

IOVA, regnorum varios potenti

Terminos dextrâ statuens mouensq;

Et ducum attollens animos, premensq;

Lancibus æquis.

IOVA, qui pacis cumulas sereno

Regna prouentu, atq; eadem-seuero

Vertis, excindisq; trucis tumultu

Turbida belli.

Aspicias, qui nos miseros cruentis

Pertinax belli rabies procellis

Raptet, ut finis neq; sit malorum,

Nec modus ullus.

Quid fames, pestis, graue quidq; bellum
Maximè intenso potuere iunctim
Robore, exemplis tulit hæc nimis quàm

Terra nefandis:

Queis nec humanæ graviora mentis
Fingere audaci novitate mendax
Vis potest, nullis neq; quæ figuris

Lingua profari.

Sanguinis lege, & reverentiâ almâ
Ruptâ & effractâ jacet heu, nefas heu
Ipsa Natura, & Pietas pudendis

Obruta monstris.

Sensimusq; , omni nec adhuc levati
Parte, subtenso ferimus dolore,
In Scelus quantis tua iusta flagris

Sæuiat ira.

Culpa sed nostra his meruit fatemur
Plura, & inflictu asperiora acuto,
Si pati plusve, asperiusq; quicquam

Possit homullus.

Vah pudet, luxu male diffluentes,
Turpibus flammis male prurientes,
Invicemq; immitti odio æstuentes

Movimus iram.

In gulæ, & fastus solidis triumphis
Laus fuit, pernox studiumq; honorq; ,

In

In cadorum insanâ acie perire aut
Vincere virtus.

Vah pudor nobis tibi sed I E H O V A

Integræ lux Iustitiæ refulget,

Integra æquali pariter vigore

Gratia abundat.

Ergo clementi radio, seuro

Fulmine oppressos gravioris iræ,

Gratiæ illustra tibi dedicatæ

Gentis acervos.

Parce, vastatæ cineres supremos

Vivido dulcis recreare pacis

Gaudio tandem properes, & iræ

Condere tela.

Gratiæ miti renova calore,

Cladium obtritos rabido furore,

Tolle contusos scelerum pudore

In gremium alium.

Pœnitet vitæ quia nos prioris

Ergo pœnarum quoq; pœnitebit

Te pater, porro quibus hunc tuum orbem

Perdere pergas.

Vulnerum qui autor fueras, salutis

Idem eris, qui nos tenebras ad Orci

Vsq; depresti, retrahes quoq; idem in

Luminis oras.

Emi-

Emicet lætis igitur triumphis
Brachium in cæcos rabientis hostis
Impetus, vis dissiliat, malæq;

Perfidiaæ artes:

Quale jactatis Davidis lacertis
Præsto erat, fundæ juvenilis ictu
Dum ruit vasto Goliath timendum

Corpore monstrum:

Quale dilectis Iosuaæ catervis
Milicans fastus temerariorum
Fregit, & regum dominantium acres

Contudit iras,

Quale dementis Pharaonis ausa
Fluctibus dans ludibrium, atq; cœnam
Piscibus rubri maris insolenti

Laude refulsit.

En denuo urbem tibi dedicatam
Perditæ radicem, animamq; terræ
Afflat hostilis rabies, animisq;

Grandibus urget:

Templa in extremo tibi condita orbe,
Templa gentilis populi renati
Gaudijs sacris celebrata flammis

Impius aufert.

Surge, surge, iræ rapidisq; flammis
O Iovæ hanc cœci rabiem furoris

De-